Fragmentarium

60

cindere ad concordiam reuocare. nam non ob aliud in ignorantie sue hactenus cecitate uoluerunt nisi ut ecclesiasticam fugiant disciplinam. et peruerse laxant ut noluerint uiuendi licenciam. Quia nec quid desiderant nec quid sequatur intelligunt. et sequitur. Hoc quoque pariter hortamur ut et ceteros subiectos uestros sub discipline debitis moderatione restringere ut per dolis non innolent. etc.

Successit eidem karolo filius suus karolus, qui est strenuissimus et ualde fortunatus princeps. hic in flore iuuentutis sue habuit bellum cum flandrensibus in flandria. ubi centum m. hominum ut communiter dicebatur fuerunt extimata prostrati. fuerunt in diuersis bellis ibidem per eum factis contra eosdem. et fuerunt interfecti de predictis flandrensibus .l. m. et ultra cum illo flandrensi colo tartauello qui fuit in altioribus furchis eleuatis et uiliter suspensus. et tantam obedienciam nunc habet in flandria quantam potuit habere rex francie temporibus retroactis. que consueuit contra ipsum et predecessores suos deseuire. et nil tociens rebellare. primo ipsi flandrenses iactabant se quod ipsi habuerunt .xvi. bella campalia cum regibus francie de quibus pro maiori parte extiterunt uictores fuerunt facta dicta prelia et reportata per eundem triumpha. anno domini m° ccc. lxxxii°. postque anno domini m° ccc. lxxxvi. rex francie karolus disposuit accedere in angliam contra regem anglie et subditos suos. et fecit preparare .v. m. naues in quibus cum gentibus suis uolebat transfretare. Sed impeditus ob uentorum turbationem quam habebat in presentia .xxviii. die octobris de consilio prudentum et expertorum retrocessit et reuersus est parisius. et habebat secum in dicta sua comitiua .xxx. m. hominum armatorum. et non sine maximis laboribus et expensis. nam dicebatur communiter quod qualibet die naues decostabant eidem cum uictualibus .l. m. franc. et ut dicitur tantum decostitit sibi quantum fecit in retenta (?) capcio regis iohannis regi et regno. combustis nauibus fere omnibus post regressum suum predictis et per anglicos combustis. In simili quoque proposuit facere rex predictus. anno domini m° ccc. xciii. quod fecit preparare .xviii. c. naues ob transfretandi in angliam et subiugandi. sed ferrandus cum flandrensibus et anglicis concurrens ad portum eorum addiuenerit ignem et immisso tamen per ipsos quod per rege franc. illa transfretatio fuit inualida inutilis et infructuosa sicut ista.

In partibus occitanis et fere in toto regno francie maxima commotio et turbatio fuit. sedicio et malitia popularis. primo predicto rege existente in flandria dum predicta bella gerebantur. si obtinuisset maiora (?) fuerunt facta per communitates quod rex expelleretur a regno et quasi omnes communitates francie in subuersionem ipsius erant colligate. Nec pretereundum est quod in ciuitate famosissima tholosana (?) imprudenter et inconsulte fuit factum et processum in demencia et illusione nimia constitutum. fecerunt et ordinauerunt ex ipsis quendam capitaneum cognominatum monodium (?) hominem pusillum et qui omnibus nisi ipsis despectum et oppressimum omni bono destitutum. Sub umbra ipsius homicidia de die et de nocte plurima de die crudeli morte interuenerunt. et aquam quam garonnam dicunt penitus sine timore predicti coperti [illegible].

In ciuitate biterrensi fuerunt traditi suspendio propter dicta monopolia .c. homines et ultra. Et in toto regno multiplicata sunt mala et punitiones contra predictas communitates ut fere mille milia librarum decostitissent eidem tantum modo in lingua occitana. et multis traditis ad mortem dictus rex karolus motus clemencia dictas conspirationes remisit.

O quanta est gentis plurimis uiciosa plerumque malicia que ut peccatorum greges uitiorum in unum colligantur et furori insania dilatatur. et cum reatum suum agnouerint unus alium lege canina prosequitur. Inter quos incompositi et modi irrationabiles uigent inconsulte. et in errore fouent facilime corruunt. et decus cecum uelut tortuna attrahit non effectum finalem comprehendendo. tunc differendi sunt rigores discipline. et oculis [illegible] populus colligendus donec tumultus presilleat et conglomeratam congeries debili funiculo separetur. Sub disciplina domino est tenendus ut in potestatis constitutis non superbiat. nec metas priores excedat. Et quia in factis eorum rationem non uidet, cur non uideat eius ignorancia consideratur. considerandum quod ut non uideat nec bene consideret. plerumque per passiones utique uidetur. Restatque ut gentis plurimis domini pereat. quia uelut frumentum debile et uitreum facili passione corruit et fragile frangitur. sicut pluries uidere communis mos obtinuit preteritis temporibus. Caput et magnam [illegible] nacionum. hic enim rex [illegible] mansuetudinem et piam clemenciam in subiectos [illegible] profectus fuit per [illegible] et rediit cum felici obtentu. in partibus occitanis fuit et etiam uenit. anno domini m° ccc. lxxxix. ubi non fuerunt predecessores sui a longo tempore ante. ubi gasto comes fuxensis uenit ad eundem regem reuerenciam impendens. quicquid comes habuit bellum tempore regis karoli patris huius karoli cum iohanne comite ar[illegible] et ipsum cepit cum suis confederatis per [illegible]

R.F. MSS.

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 60r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37040)